t ❡ Reſcindere. ut. C. de reſcin. ven. quiſqs niſi eēt deceptus vltra dimidiā iuſti precij: vt ex̄ de emp. ⁊ ven. cum dilecti. vel niſi haberet peſtiferas herbas: ut. C. de edi. edic. ſi predium. vel niſi dediſſet dolus cām contractui

vt. ff. de dolo eleganter.

a Secunda. Hic qrit: an ſeruili cōditōne reperta libera poſſit recedere: ⁊ gdē ſic pōt: ſi ignorauit euʒ eſſe ſeruū qñ coñxit cū eo. ut. j. e. ſiqs ingenuus. ⁊ nō ſm. h. q nō ois error cōditōis īpedit mrimoniū: ſʒ tm̄ error ſeruilis cōditōis. nec ēt ſemp tal' error īpedit vñ ſi libera vult ꝯhere cū ſuo ⁊ ꝯhit cū libero ñ dirimit mrimōiū: lʒ ibi ſit error cōditōis qꝛ nō itelligit tal' decepta q̄ cū meliori coñbit q̄ʒ credebat. ſilit dic q ſi ſuuſ credit ꝯhere cū libera: ⁊ ꝯhit cum ancilla: nō dirimit mrimoniū qꝛ cōſenſit in hominē ſue cōditōis: ⁊ qꝛ neuter pōt aliqd alij obijcere: ⁊ ita ppter errorem ſerui nunq̄ʒ dirimit matrimōiū. ſʒ certe pari rōne videtur: q ſi aliqua credit contrahē cuʒ vno ⁊ ꝯhit cū alio qui ē ditior ⁊ melior: q mrimoniū teneat: quia nō videt decepta. Alij aūt dicūt: q ſi ue erret in meliori vl' i deteriori ꝯditōe: ſemp dirimit mrimōiū. Tertij dicūt: q ſi int ueniat error i diſpari ꝯditōe dirimitur mrimoniū ſʒ ſi in pari ñ dirimit vnde ſi libera vult ꝯhē cū libero ⁊ ꝯhit cū ſuo: vel ſi ſuꝰ vult ꝯhē cū ſua ⁊ ꝯhit cū libera ñ tʒ mrimoniū ſʒ ſi liber vlt ꝯhē cū ſua ⁊ ꝯhit cū libera: ul' ſi ancilla vult ꝯhē cuʒ libero ⁊ ꝯhit cū ſeruo: tʒ mrimoniū: qꝛ vtrobiqʒ eſt pitas. ⁊ hec opio bona mihi videt. h. dubitari aūt ꝯſueuit ſi libera ꝯhit p errorē cū hoie aſſcripticie cōditōis: an teneat mrimoniū. h. dicit q teneat: lex tñ ꝯdicit: i auc. de nup. §. aſſcripticio. ⁊. C. dē ſenatuſcōſul. clau. l. vna.

Q. II.

b ❡ Nec ſeruus. a ſacris eni ecclaſticis nō ē amouēdus: vt ex̄ de

coniu.ſer.dignū.vel ab illis que ſunt iuris naturalis:ut a voto:in
auc̄.de monachis.§.hic aūt.vbi iuſtinianus īducit hec eadē vba
apl'i ad ꝓbandū ꝙ ſeruus poſſit eſſe monachus : ſ3 quātū ad ius
ciuile ſeru⁹ nō habeť ꝓ homine:vt.ff.de reg.iur. quātū ad ius.
·c O Omnibus.reddituri ſunt.ar.ꝙ ſeruus non teneť obedire
dn̄o in
atrocib⁹.xi.q.
iij.nō ſemꝑ.
·d Legez.nō
quo ad ꝓmo-
tionē.irregula
ris eni efficiť
qui cum ſerua
cōn̄bit.xxxiiij
di.ſiquis vidu
am.ſed ſequū
tur vnam legē
habito reſpe-
ctu ad ius na-
turale.nam de
iure naturali q
libet cū quali-
bet poſſet cōn̄
bere:ita ſeru⁹
cu3 libera niſi
obſtaret cōſti-
tutio eccl'ie.
·e Ingenuus
ar.a toto i quā
titate ab vni-
uerſalibus ad
ſingularem.
·f Siquis.i
mr̄imo
nio.pōt ergo
mr̄imoniū eē
inter ſeruu3 ⁊
liberā.qđ eſt ꝯ
lege3.C.de in
ceſt.nup.l.iij.
ſed abrogata
ē quo ad hoc
vbi ſcienter cō
trahitur.
·g Sed vna.
quātū ad hoc
·h Siquis.
dubita-
batur per.l.il
la3 forte.C.de
inceſt.nup.hu
milē.vbi diciť
ꝙ nō pōt eſſe
mr̄imoniū inť
clarꝫ uirū ⁊ ab
iectā mulierez
⁊ inter ſenato
rē ⁊ libertā.
·i Et legibus
⁊ ita ſi leges ꝯ
dicerēt: ⁊ illis
legib⁹ canō nō
obuiet non t3
mr̄imonium.
Na3 ꝙ leges
habeant locū in mr̄imonio l3.h.cōn̄dicať:eſt ar.xxxv.q.v.ad ſe-
dē.⁊.xxvij.q.ij.ꝙ aūt.xxvij.q.ij.lex diuine.vn̄ dicūt qdā ꝙ cū lex
dicat non eē mr̄imoniū cū ancilla:vt.C.de inceſt.nup.l.iij.⁊ canō
nō excipiat niſi cū ſcienter ducit:ꝙ ubi etiā cū libera ꝯhit ſeruus
credēs ſe contrahere cū ſerua nō tenet mr̄imoniū.
·k Siqs ingenu⁹.faciat.ſ3 pone ꝙ liber ignorāť cōn̄xit cū ſer
ua:poſtea dn̄s manumittit eā:⁊ ipe cognoſcit eā poſt eius
manumiſſionē:poſt cōperit eā fuiſſe ancillā tp̄e cōn̄cti mr̄imonij

papa.c.iiij.

**Licet ſeruo mr̄imonia ꝯtrahere**

Omnibus[c] nobis un⁹ ē pať in
celis: ⁊ unuſqſq3 diues pauꝑ
ſeruus liber equaliter ꝓ ſe ⁊ ꝓ aia
bus eoꝝ rōne3 reddituri ſūt.qua
ꝓpter oēs cuiuſcūq3 ꝯditōis ſint
unā legē[d] quātū ꝑtinet ad deū ha
bere nō dubitam⁹.ſi aūt oēs unā
legem hn̄t:ergo ſicut igenuus[e] di
mitti nō pōt: ſic nec ſeruus ſemel
cōiugio copulat⁹ ulterius dimitti
poterit. Itē zacharias papa.

**Ancillā in matrimonio ſuſceptā uiro dimittere non licet**

Siqs[f] liber ancillā in mr̄imo
niū acceperit : non h3 lr̄iam
dimitere eā:ſi cōſenſu amborum
ꝯiūcti ſūt:excepta cā fornicatōis
Sed[g] una lex deiceps erit ꝑ oia ⁊
uiro ⁊ femie. Itē iulius papa.

**Inter patronum ⁊ libertam conſtat eſſe matrimoniū legitimum**

Siqs[h] ancillā ſuā in libertatē
donauerit: ⁊ in mr̄imonium
ſociauerit:dubitať apud quoſdā
utrū huiuſmodi nuptie legitime
eē uideanť an nō?nos itaq3 uetu
ſtam ambiguitatē decidentes ta
lia cōnubia legitima eē cēſemus.
Si enim ex affectu fiūt omēs nu
ptie:nihil impiū ⁊[i] legib⁹ cōtrariū
i tali copulatōe fieri pōt:quare ꝑ̄
dictas nuptias inhibendas exiſti
mauerim⁹. Is ita rn̄deť: Nō
negať igenua poſſe nubere ſeruo
ſ3 diciť: ꝙ ſi neſciť eſſe ſeruilis cō
ditionis libere pōt dimitti:cū ſui
tus ei⁹ fuerit dep̄hēſa. Illud aūt
apl'i ⁊ iulij pape intelligendū ē de
his:quoꝝ ꝯditio utriq3 nota eſt.
hui⁹ aūt cōditio mulieri icognita
erat.nō ergo p̄miſſis auc̄tibus co
giť manere cū illo: ſed liberu3 illi
eſſe on̄diť uľ manere uľ diſcedere
Unde i ꝯci.apud uermeriā cui
inť fuit rex pipin⁹ ſtatutū ē.c.vi.

**De eo qui ancillam duxit i uxorē quam putat eſſe liberam.**

Siqs[k] ingenuus hō uxorē an
cilla3 alterius acceperit: ⁊ ex
iſtimat ꝙ ingenua ſit:ſi ipa femia
fuerit poſta in ſuitute detecta : ſi
eam a ſeruitute redimere pōt : fa
ciat[l].ſi nō[m] pōt.ſi uoluerit aliā ac
cipiat:ſi aūt ancillā eam ſcierat[n] ⁊
collaudauerat ꝓut legitimā eā hē
at[o].ſiliť ⁊ mľier igenua d ſuo alte
ri⁹ facē d3. Itē ex eodē.c.viij.

**Non licet mulieri dimittere quē ſciens ſeruū accepit in uirum.**

Si[p] feia igenua accepit ſeruu3
ſciens ꝙ ſeru⁹ eēt : habeat eū
q2 oēs unū p̄re3 habem⁹ i ceľ una
lex erit uiro ⁊ feie. Itē grego.

**Seruitutis occaſione dimitti nō ualet: que poſt controuerſia3 ſtatus ſe in libertate aſſeuerauerit.**

Alius[q] rei cā cū mr̄e ſua huc
compulſa anno p̄terito pn̄ti
um uenerit latrix: fr̄nitaſ tua cau
tius nouit: q2.ſ.maritus ſuus uř
clericus ob hoc ꝙ de ſeruili fuēat
cōditione pulſata:a ſuo noſcitur
eam remouiſſe ꝯſortio:uoſq3 hic
poſitos aſſerunt ꝓmiſiſſe: ut ſi ꝓ
bare[r] ſe liberam adiuuante dn̄o
ualuiſſet : ſuo eam uos coniugio
reformaretis.fraternitas igiť ue
ſtra cognoſcat : ꝙ reuelāte deo li
bertatis auctore approbatā[s] ſit li
bera: nullaq3 i ea macula ſeruilis
inuenta eſt.his ergo cognitiſ ſine
mora aliqua ſuo eam uolumus
marito reſtitui:nec ulterius ide3
uir eius argumēta ſibi occaſionis
exquirat:qbus ea3 poſſit abijcere
nam ſi a uobis qđ non credimus
minime fuerit adimpletum:cāq3
recipere forte diſtulerit: nos illō
cognoſcatis cū diſtricta uindicta
corrigere. Cum dicitur ſciens il
lum ſeruum datur intelligi : ꝙ ſi
neſciret illum ſeruum eſſe non co
gitur manere cu3 eo.quia hec er
go ⁊ perſone ⁊ conditionis dolū
paſſa eſt:nō cogiť adherere ei cu
ius fraude decepta ē.ſi uēo liberꝫ

q̄ritur an poſſit eam dimittere.⁊ dicim⁹ ꝙ ſic:q2 cōſenſus ille nullus fuit.
ſed ſi dn̄s ei⁹ tūc tp̄is ſciebat cōn̄bi mr̄imoniū ⁊ tacuit:tūc tenet mr̄imoniū
q2 eo ipo intelligiť ei dediſſe libertatē:in auc̄.de nup.§.ſi vero ab initio.⁊
in auc̄.ut liberti decetero.§.ſiqs.S3 pone ꝙ libera cōn̄xit cū eo quē cre-
debat liberū:ſ3 poſtea cōperta cōditione ſeruitutis nihilominus uult ſta
re ſecū: ſed ille recuſat
dicunt qdam hoc mr̄i-
moniū eſſe ex vna ꝑte
⁊ non ex altera : vt ex̄
de eo qui dux.i matri.
c.i. Sed dico ꝙ quātū
ad neutrū eſt mr̄imo-
niū.vnde neuter cogiť
ſtare cū altero quātu3
ad uinculū mr̄imonij.
ſ3 rōe fidei ꝓmiſſe bn̄
teneť ei.itē pōt dici cū
maior cōn̄bit cū mino
ri: ꝙ quātū ad neutru3
ē mr̄imoniū ⁊ quātum
ad vinculū mr̄imonij
eque pōt maior recedē
a minore ſicut minor a
maiore:ſ3 nō ē ita q̄3tū
ad fidē promiſſam.
·l Faciat.cōſilium eſt.
·m Non pōt.i.ſi non
voluerit:vt ſit quaſi ex
poſitio lr̄a ſequēs.ſed
nec dn̄s cogiť eā ven-
dere:ar.i.q.i.eos.
·n Scierat.non videť
celatus qui ſciuit.nec
debuit certiorari q non
ignorauit:vt.ff.de acti.
empt.⁊ ven.l.i.
·o Hēat.dicit tn̄ lex:ꝙ
ſi filia ſenatoris ꝯhat
cū liberto non tenet.ff.
de ſenat.filiā.ſed illud
ſm leges.⁊ n̄ t3:q2 mr̄i
monia iure poli regūť
ij.q.iij.§.hinc.
·p Si femina.
·q Alius.remouiſ-
ſe.nūquid ergo
ſine iudicio eccl'ie pōt
liber dimittē ancillam
quā credebat libera3?
videť hic ꝙ ſic.xxxij.
q.ij.ancillā.Nā retinē
do eam ſibi facit p̄iudi
ciū:vt ex̄ de cōiu.ſer.
ꝓpoſuit.ſecus tn̄ vide
tur:vt.xxxiij.q.ij.ſecu
lares.nā ⁊ ſi cā ſepatō
nis ſit manifeſta:tamē
ſine iudicio eccl'ie non
d3 dimitti:vt ex̄ de di-
uor.porro.nā penden
te accuſatione alter al-
teri teneť reddere debi
tum:vt extra vt li.pen.
laudabilem.⁊ hoc pōt
admitti.vnde ſi petita
fuiſſet hic reſtitutio:audiri debuiſſet.⁊ pēdente cā nō negabit ei alimenta
vt.ff.de lib.agno.ſi neget.ſpōte tamē nō debet ei cōmiſceri ne fiat ei p̄iu-
diciū ſed ad mādatū eccl'ie pōt:ar.ff.de appella.cū ex cā.
·r Probare.ſ3 q̄re ꝓbat iſta ſe liberā:cū actori ſemꝑ icūbat ꝓbatio:vt.vi.
q.vlt.actor.maxime cū ipa fuerit in poſſeſſione libertatis?ſed dic ꝙ ſpōte
aſſūpſit hoc onus.vn̄ mos ei gerendus erat:vt.ff.de ꝓba circa.
·s Approbata.i.a iudice ꝓnunciata.⁊ nō ꝙ ſi iudex ꝓn̄ciaret eā liberā ⁊
igenuā taľ ſn̄ia oib⁹ p̄iudicat.ff.de ſta.ho.igenuū.ſi aūt ꝓn̄ciaret nō eſſe

ſeruã petentis:illi ſoli nocet ſnia.ff.de lib.cã.l.diui.

t Marito.ar.ꝙ qui in initio litis reſtitutionẽ nõ petijt:poſtea petere nõi poſſit .ṡ.iij.q.vi.§.exceptio.ſed hoc verũ ẽ cũ in modũ exceptionis obijci tur reſtitutio:ſed ſi directe in modum actionis poſſet vſqꝫ ad ſententiam vt extra de cã poſ.paſtoralis.

u Perlatum. diuortij. ſed vnde haberet iſte occaſionẽ diuortij ꝑpter hoc? certe per legem que dicit ꝙ ſeruitus ſuperueniens dirimit m̃rimoniũ ff.de diuor.l.i.⁊ i auc. de nup.§.ſi vero.ſed q̃liter potuit iſte ſe vendere:cuꝫ ex hoc ſequatur ꝙ idem ſit qui vendit ⁊ quod vendit̃? qḋ eſt contra illud.ff.de re pmu.l.i. maxime cum quinqꝫ exigantur ut vẽditio liberi hoīs teneat ſ.vt patiatur ſe venundari ad precium participandum:⁊ ut in veritate participet ⁊ ut non ſit ignarus ſue conditionis:⁊ ut emptor ignoret eius conditionez:⁊ ut ſi maior. xx. annis. ff.quibus ad liber. proc la.l.i.⁊.ij.itẽ q̃rit̃ vtrũ iſte q ſe vendit: poſſit repeti ab vxore q̃ ius habet in eo:⁊ in cuius opp:obrium redundat huius factus? ar.ꝙ ſic ff.de libe.cau.l.i.ij.⁊.iij quod concedit.h. maxime cũ ipa fuerit abſens: nec poterat ꝓclamaſſe:ar.ff.man. ſi precedẽte.§.lucius. ⁊ hoc concedo cum vir non habeat copiã ſui corporis:ſed mulier.⁊ eſt ar.ad hoc.xxxiij. q. v. quod deo.

x Secũdũ ſecularem nõ romanã.nã ſm eaꝫ ob ſeruilẽ conditionez viri nõ mutat̃ conditio vxoris ſꝫ ſm legẽ lumbardam ſm quaꝫ non illa vxor vł filij redigũtur i ſeruitutẽ ſed ſecũda cũ filijs:ut in lũbarda de his qui ſe in ſeruit.alterius ſub.l.pen. ⁊ vlt. In his eni legib⁹ dicit̃ ꝙ vxor quã tunc habebat vł filij non rediguntur in ſeruitutez ſed ſecunda cum filijs.ſed ſi illa defuncta alia ei nubat libera:⁊ ipa ⁊ filij eius rediguntur in ſeruitutẽ.vel facit hic mentionem de ſenatuſcon. claudiano.ſm qḋ ſi libera ibat in amplexus ſerui ſerua efficiebat̃:ſed ſublatuꝫ eſt hoc.C.de ſenatuſcon.clau.l.i.

acceperit:⁊ ille ut cauſaz p̄ſtet diſcidij ſe alicuius ſeruũ fecerit:nec uxorẽ dimittere nec illa ob uinculũ coniugij in ſeruitutẽ redigi poterit. Unde in triburienſi ꝯcilio

Occaſione cõditõnis doloſe mutate vir nõ diſcedat ab ea: quam libertatis tempore acceperit.

Perlatũ ẽ ad ſanctã ſynodũ ꝙ gdã igenuus ingenuã accepit uxorez:⁊ poſt filiorũ ꝓcreationẽ occaſione diuortij cuiuſdã ſeruũ ſe fecit.utrũ neceſſario mulierẽ tenẽ debeat.⁊ ſi tenuerit: utrũ illa quoqꝫ ſecũdũ ſecularẽ legem ſeruituti ſubijci debeat: q̃ſitũ eſt. Judicatũ ẽ uxorẽ minime debẽ dimitti: nõ tñ ob chriſti legẽ mulierẽ i ſeruitutẽ redigi: dũ ille nõ ex cõſenſu coniugis ſe ſeruũ fecerit: quẽ liberũ ipa maritũ acceperat. Querit̃ ẽt ſi ſeru⁹ uni⁹ alteri⁹ ancilla accepit:an ſit ꝯiugiũ int̃ cos. De his ita ſtatutũ ẽ in cõcilio gabilonẽſi.

Legitima ſeruorũ coniugia ſua auctoritate domini non dirimãt

Dictũ ẽ nob: ꝙ gdã legitia ſeruorũ cõiugia poteſtatiua quadã p̄ſũptione dirimãt nõ attẽdentes illud euãgelij: quos de⁹ cõiunxit homo nõ ſeparet. unde nobis uiſũ ẽ ut cõiugia ſeruorũ non dirimãtur: ẽt ſi diuerſos dños habeant: ſꝫ in uno cõiugio ꝑmanẽtes dñis ſeruiat ſuis.⁊ hoc ni illis obſeruãdũ eſt: ubi legalis cõiũctio fuit ⁊ per uoluntatẽ dñorũ.

y Dimitti.ar.ꝙ licet aliqd deueniat ad id a quo incipere nõ potuit:nõ tñ ꝑpter hoc irritat̃.ṡ.di.lv.precepta.j.ꝑxi.q.i.ad limina.

z Dictũ ẽ.hẽant ſed qd ſi dñi ſint in diuerſis ꝓuincijs? credo alterũ cõpellendũ:ut vendat reliquo.vł ſi neut̃ emere vult:redimat eccl'ia.nõ eni debẽt uxores a uiris ſepari:vt.xxxiij.q.ij.quos de⁹ cõiunxit.⁊.C.cõia vtri.iudi.poſſeſſionũ.⁊ ar.ff.de edil.edic.pleriqꝫ.nã peccarent dñi eos ſeparando:⁊ ita ſaltem indirecte ſint compellendi relaxare eos:ſi nõ ẽ q emat ⁊ potius ſeq̃t̃ vxor virũ q̃ꝫ ecõuerſo.xiij.q.ij.unaq̃qꝫ vł diſtingue ancilla nubat volẽte dño vł nõ:vt dixi.xiij.q.ij. vnaq̃qꝫ

ꝛ Legal' cõiũctio.i.legitima.i.cõis conſenſus.

ꝰ Uolũtatẽ.maxie q: ẽt eis iuit̃ põt ꝯbi m̃rioniũ:vt ex̃.e.c.i.io.

Uidã⁹ populorũ freq̃ntia ipedit⁹ filiũ ſuũ de baptiſmate ſuſcepit: dũ credret ſe alienũ ſuſcipe.uxor autẽ eius dũ callide uellet ſuſcipe proprium: ſuſcepit alienũ quẽ uir adoptauit ſibi i filiũ:⁊ ex uxore ſibi filia naſcit̃: quã filio ſuo adoptiuo ſpirituali uxoris: dũ uterqꝫ eẽt in cunabulis: tradidit. poſt triẽniũ uxor morit̃:⁊ cõpat̃ eius relictaꝫ cõpatris uxoris ſue uir clã ſibi dſponſauit. aliquãtulũ temporis effluxit:⁊ alius publice eã duxit i uxorẽ. Querit̃ pmũ: an uxori ſui debitũ reddere ualeat: q ꝓpriũ filiũ de ſacro baptiſmate ſuſcepit. Secundo: an ſpõſalia cõtrahãtur inter infantes. Tertio: an ſpirituales uel adoptiui filij naturalib⁹ copulari ualeãt. Quarto an uxorez cõpatris uxoris ſue alicui ducẽ liceat. Ultio: an clãdeſtina deſpõſatio maifeſte ꝓiudicꝫ

Quod aũt ꝓpriũ filiũ in ſpiritualẽ ſibi trãſferẽs uxori ſue debitũ reddẽ nõ ualeat rõne ⁊ auctẽ ꝓbat̃. Nulla eni auctẽ ꝑmittit̃: ut qs cõmatri ſue carnalit̃ copulet̃. hic aũt uxorẽ ſuã ſibi cõm̃rẽ effecit: nõ ergo illi ulteri⁹ carnalit̃ copulari poterit. Hinc deus dedit ſancte romane eccl'ie eps ſcribit gordiano hiſpalẽſis eccl'ie epo ⁊ fratri chariſſimo.

Separentur uiri ab uxoribus: q aliquo caſu natos ꝓprios coram epiſcopo tenent.

Peruenit ad nos diacon⁹ ſanctitatis ueſtre ep̃laꝫ deferẽs ꝙ qdã uiri ⁊ m̃lieres pterito ſabbato paſchali die ꝓ magno populorũ incurſu neſcientes proprios

a Uidã populorũ.

b Quod autẽ. Hic ꝺ pingit̃ pma q̃ſtio:an .ſ. qui ſuſcipit ꝓpriũ filiuꝫ de ſacro fõte poſſit poſtea cõmiſceri carnaliter ſue vxori:cui ꝑ tale factũ cõpat̃ factus eſt.⁊ qdam ꝙ ſic:licꝫ canones varie loquant̃ de eo In primo ⁊ i ſcđo.c.dr̃ ꝙ ꝺbeat ab ea ſepari. In qnqꝫ eni capitul̃ ſe quẽtib⁹ dicit̃ ꝯtrariũ ꝙ nõ debeat ab ea ſepari.ſꝫ ꝯtrietas hec ſoluit̃: ex de cog. ſpi. ſi vir vel mulier vbi dicit alex. A. I. ꝙ ſiue vir ſiue mulier ex malicia ſiue ex ignorãtia ſuſceperit filiũ ſuũ de ſacro fonte non iõ a viro ſepanda ẽ:niſi ad ſeruandaꝫ ꝯtinentiã poſſit induci. idẽ dicit.j.e. de co capitula ergo q̃ dicũt ꝙ tales ſũt ſepandi: ſi tenent: q: ſunt cõtra euãgeliuꝫ qḋ dicit ob ſolã cãm fornicationis fieri ſeparationẽ.vł qḋ dr̃ in eis ꝙ debeãt ſepari: intelligas tãdiu quonſqꝫ penituerint.vel dic ꝙ debẽt ſepari ſub ea cõditõe ſi pñt induci ad cõtinẽtiã:vt ex̃ de cog.ſpi.c.ij.

c Permittit̃.hic male dicit.innuit enim ꝙ nõ poſſit cõhibere niſi inueniat̃ cõceſſum.ſed cõtrium eſt verũ.j.e.q.iiij. qui ſpiritualẽ ex̃ de ſpon.cum apud.

d Peruenit.ex lauacro.dicũt qdã ꝙ ſi ſuſcipio filiũ iudei de ſacro fonte:int̃ me ⁊ ipm non cõhibit̃ cõpat̃nitas:q: nihil ad conſtitutionẽ eccl'ie ſit de his que foris ſunt.vnde ſi iudea poſtea conuertat̃ ad fidez:poſſum cũ ea cõhibere. q: nõ reuiuiſcit quod nihil fuit:dicunt tñ ꝙ ſi ita eſſet ſm legẽ moſaycã ꝙ cõhiberetur

inī eos cōpr̄nitas: p circūcisionē ꝫhereſ. ſicut nūc p baptiſma ꝫ hiſ. inī ſuſceptū aūt ⁊ ſuſcipientē i his q̄ p̄cedūt baptiſmū ꝫhi ur vinculū cōpaternitatis: ⁊ lꝫ adhuc nō ſit in fide vl' i veritate an ba ptiſmū: vt. xxviij. q. i. caue. deſtinatōne tñ quadā fidel' reputaſ. b. tñ ⁊ R. dicūt ꝙ inter me ⁊ iudeā cui' filiū de ſacro fonte ſuſcipio ꝫhiſ cōpaťni tas: vñ nō poſ ſū cū illa ad ſi dē conuerſa ꝫ here. itē dicit h. ꝙ bñ cōhi tur cōpr̄nitas inter me ⁊ pa trē ſuſcepti de ſacro fōte licꝫ bētic' ſi aliqñ fuit baptizat'.

e Uſuꝫ. logſ de cōiūctis añ cōpr̄nitatē ⁊ ñ de cōiūctis p' ꝑat qdā men tiuntur.

f In archiuiſ ab archa dictū ē archiuū: vbi ſ. reponunſ li bri: ⁊ p tales li bros fit fides vt ex̄ de pſcri. ad audientiaꝫ

g Memorie hic incipit re ſpondere.

h Dona. pri mū ſalis collo vt. ꝫ. de conſe. di. iiij. exhinc. Scōm: auriū ⁊ nariū linitio cū ſputo. Ter tiū ē i pectore ⁊ i frōte facta ſignatio: vt. e. di. poſtea ſi gnat'. Quar tū: ē olei ſācti vnctō: vt. e. di. deinde a ſacer dote. Quītuꝫ baptiſmi ablu tio: vt. e. di. ve nit. Sextū: in vtice chriſma tis perunctio: vt. e. di. poſtq̄. Septimū: eiuſdem in fronte facta ſignatio: vt. e. di. preſbyteri.

filios ſuſcepiſſent ex lauacro ſan cto. Cupis ſcire ergo ꝑ tali rōne accidēti: utꝝ debeant uiri ac mu lieres ad ꝑpꝛium uſuꝫ redire an nō Nos uero meſti in hac re ingſiui m' poꝝ dicta. Inuenim' in archi uis aplīce ſedis iam talia ꝯtigiſſe i eccliis iſaurie epheſioꝝ ſimulq̄ hieroſolymoꝝ aliarūq̄ eccleſiaꝝ Epiſcopis etiam eaꝝ ciuitatum ab hac apoſtolica ſede uolentibus ſcire utꝝ uiri ac mulieres redirēt ad ꝑpꝛium toꝛum: beate memo rie ſancti patres iulius: innocēti us: ⁊ celeſtinuſ cum epiſcopoꝛuꝫ plurimoꝝ ⁊ ſacerdotum conſen ſu in apoſtoloꝛum pꝛincipis eccle ſia pꝛohibentes talia pſcripſerūt ⁊ cōfirmauerunt: ut nullo modo ſe in con iugium reciperent mulie res ac uiri: quicunq̄ aliqua rōne ſuſceperint natos pꝛopꝛios: ſed ſeparent ſe: ne ſuadente diabolo tale uicium inoleſcat. Scitis qꝛ quomodo ſunt ſeptem dona ſpi ritus ſancti: ita ſunt ſeptē dona baptiſmi. a pꝛima ergo pabulo ſa crati ſalis ⁊ ingreſſu eccleſie uſq̄ ad cōfirmationē per chꝛiſma: hoc eſt a pꝛimo uſq̄ ad ſeptem: null' chꝛiſtianus ſuam commatreꝫ in coniugium ſuſcipere debet. ⁊ qui pꝛeſumpſerit: tādiu uinculo ana thematis religetur: donec penitē tiam digne egerit. Item ex cō cilio apud uermeriam capitulo quarto.

Ab uxoꝛe ſeparetur: q filiaſtruꝫ ſuum coꝛam epiſcopo tenuit.

Si quis filiaſtrū uel filiaſtraꝫ ſuā ante epm̄ tenuerit ad cō firmationē: ſeparet ab uxoꝛ ſua: ⁊ nunq̄ aliam accipiat ſimiliter ⁊ mulier. Contra uero ſcribit ni colaus ſalamonitano epo dicens

Nō ſeparet a uiro: que filiaſtruꝫ de ſacro fonte leuauit.

Oſſe deſideras: utrū mulier que uiri filiuꝫ ex alia femina genitum de ſacro fonte leuauerit poſtmodum poſſit cum eodeꝫ ui ro copulari. quos ideo coniungi poſſe decernimus: quia ſecundū canones ſacros niſi amboꝝ con ſenſu nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere cōiugeꝫ pertinet autem ad ingens uxoꝛis exitium: que habens odio uirum uel infirmitatem eius non conſi derans quaſi cauſa pietatis ope ratur impietatem: maxime cum apoſtolus pcipiat: Nolite inqui ens fraudare inuicem niſi ex con ſenſu ad tempus ut uacetis oꝛa tioni: ⁊ iterum reuertimini in id ipm ne tentet uos ſathanas pꝛo pter incōtinētiā ueſtrā. ergo ſi ñ ex cōſenſu utriuſq̄ cōiugis factū eſſe pꝛobatur: non fraudentur in uicem: ſed reuertantur in idipſuꝫ pꝛeſertim cum dicat apoſtolus: uxoꝛ ſui coꝛpoꝛis poteſtatem nō habet: ſed uir. ⁊ uir. p. ſ. c. non ha bet: ſed mulier. Iteꝫ ex cōcilio gabillonenſi capitulo. iiij.

Non ſeparetur a uiro: ſꝫ penitē tiam agat: que filium ſuuꝫ coꝛaꝫ epiſcopo fraudulenter tenuit.

Alij dicūt ꝙ hec dona ꝓſunt viuētibus ſed nō moꝛiētib'. foꝛtioꝛeſ eñi ſunt ad reſiſtendū dia bolo: vt de cōſe. di. iiij. poſtea. ⁊ c. exhinc. ſed ex hoc ſeqſ ꝙ oēs par uuli equalē penā patiē tur: qd vix ē credibile. ſi queras an hec dona ſint ſacramētū vel non dico ꝙ nō: qꝛ oē ſacra mētū confert ſalutē: vt ſ. i. q. i. multi. ſꝫ ſi appel les ſacramētū. i. ſignū future grē: tunc conce do eſſe ſacramētum.

k Siqs filiaſtrū.

l Oſſe. ex alia. idē ⁊ ſi eſſet ex illa.

m Copulari. i. carnali ter commiſceri. ſ. di. xxxi. aliter. ar. ꝙ nunq̄ eſt malum faciēdū pꝛo pter bonuꝫ quod inde ſequiſ: ſic. ſ. i. q. i. non ē puranda. ſ. xiiij. q. v. foꝛte. ꝫ. xxxij. q. iiij. ſic non ſunt. ꝫ. xxxiij. q. v. ſi dicat.

n Fraudare. i. ſubtra here debitū quod in cem debetis uobis niſi ex conſenſu quod foꝛ te facietis vt expediti' vacetis oꝛationi.

o Fraudentur. ille ta men qui leuat filiū ſuū de ſacro fonte perdit ius exigendi: ſicut ille q foꝛnicatur cuꝫ altera ſed nūqd ſi talis petit debitum debet vxoꝛ ei reddē? dicit. b. ꝙ ſic li cet ille peccet petendo ⁊ eſt ar. pꝛo ipo. xxxiij. q. v. manifeſtū. ex̄ de iu reiurā. debitoꝛes. Idem dicit de illis q uouerūt ad tempus: ſed ſi perpe tuo vouiſſent ſecus eſſet: vt. xxxiij. q. v. ꝙ deo. tu dicas ꝙ ſtati ipo facto ꝑ ditum eſt ius exigendi: licet per ſniaꝫ eccleſie non ſit ei ablatum ius: ⁊ cū non habeat alter ius petendi nec reliquus dare teneſ vel ſoluere: quia vbi nulla eſt petitio nulla ē moꝛa: vt. ff. de ver. obl. ſi pupillus. ſed nonne vi detur cōtrariū. xxxij. q. i. dixit. vbi dicit ꝙ dominus ſolam cauſam foꝛni cationis excepit: quare vxoꝛ poſſit negare debitum viro vel ecōuerſo: ſed illud ſane intelligas ꝙ ob ſolam foꝛnicationis cauſaꝫ poteſt eam expellē de domo ſua ⁊ ab omni cura dimittere. dum tamē illud intelligas pꝛout notaſ. xxviij. q. i. idolatria. Sꝫ plures ſunt cauſe pꝛopter quas non cogi tur reddere debitum viro. ſed in illis caſibus non poteſt eam a ſe abijcē licet poſſet ei debitum denegari. item ſi uterq̄ leuauit filium ſuū de ſacro fonte: neuter habet ius petendi: ⁊ licet neutri ſubueniatur petitionis iure vtriq̄ tamen ſubuenitur iure replicationis: ſic extra de diuoꝛ. ſignificaſti ⁊ bonum ſimile: extra de excep. cum eccleſiaſtice. ſed quid ſi pꝛomiſerūt perpetuam continentiam: ⁊ alter poſtmodū foꝛnicatur: nunquid poterit tunc reliquus petere debitum? videſ ꝙ poſſit etiam ſi ambo foꝛnicati eēnt ⁊ etiā ſi iurauit non repetere eam: vt extra de iureiurā. tua. ar. ꝫ. xxxiij. q. v. ꝙ deo. Rñ. ꝙ nō pōt petere ſed ecclia coget reliquū reddere debitum

i Pabulo. hic videſ: ꝙ ex oibus q̄ p̄cedūt baptiſmū cōhbaſ cō paternitas: vt. ꝫ. e. q. iiij. c. ſiqs vn'. ⁊. ꝫ. de cōſe. di. iiij. i cathecismo nā ⁊ chꝛiſtiana dicif poſtq̄ cathecizata ē: vt. xxviij. q. i. caue. Sꝫ coñ clemēs dixit: ꝙ ea q̄ p̄cedūt baptiſmū vix impediūt mřimo niū cōhbēdū ⁊ nō dirimūt cōtractū: vt ex̄ de cog. ſpi. coñcto. Itē baptiſmus ē ianua oium ſacramētoꝝ: vt. xxxij. di. §. verū. Cū er go ianua nō ſit aperta: nullū ſacr̄m pōt ingredi. itē ꝑpter cathecis ſmuꝫ nō fit aliqs aptus cōhbere mřimoniuꝫ: vt. xxviij. q. i. caue. itē ſi diſcederet ſine baptiſmo: nō ꝓdeſſet ei cathecismus: qꝛ ppe tuo eſſꝫ dānatus: vt. ꝫ. de cōſe. di. iiij. firmiſſime. ⁊. c. nullo. ergo pꝫ ꝙ adhuc ē mēbꝛū diaboli: nō ergo pōt eē filius ſpūalis. h. dicit ꝙ in quolibet iſtoꝝ cōhbiſ cōpaternitas: ⁊ dicit ꝙ ante baptiſmum nōdū ē hō ſpiritualis ē tñ filius ſpiritualis. ⁊ dicit ſpiritualis ad differentiā carnalis vel adoptiui filij. ſi hoc uis dicere: tūc dicas ꝙ in illa decretali contracto. filius ille nō erat fili' viri ſed tm̄ mu lieris ⁊ ſic plana eſt. vel dic ꝙ lꝫ cōhbiſ cōpaternitas: nō tamen talis cōpaternitas ſufficiēs eſt ad dirimēdū. Alij dicunt ꝙ tm̄ in baptiſmo ⁊ in confirmatione cotrahiſ cōpaternitas. ſed quero qđ bonuꝫ cōhbaſ per iſta q̄ p̄cedūt baptiſmū: vt ſine ſpe dānatus ſit etiā infans q moꝛitur añ baptiſmū: vt. ꝫ. de cōſe di. iiij. firmiſſime. ⁊. c. nulla. dicūt qdaꝫ ꝙ pꝛoſunt ad minoꝛē penā. ſed hoc non videtur: qꝛ leuiſſima eſt pena par uuloꝝ: vt. ꝫ. de cōſe di. iiij. c. regenerante. ergo videſ ꝙ non poſſit eē leuioꝛ

vt ex̄ de diuoꝛ.ex lr̄is.
d D Ictū eſt.fallaciā
ar. ꝙ dolꝰ nemi
ni dꝫ ꝓcinari:vt.xv.
q.vi.c.i.ꝛ.xx.q.iij.con
ſtituit.ff.ꝺ dolo nec ex
dolo.
a ¶Pn̄iam.interioꝛeꝫ.
ꝛ ſemꝑ doleat ſe feciſſe
hoc.ſic.l.di clerico.
b d Leo.ſpe.ſic.xx
vij.q.i.hi qui.
c d De his.qui filia
ſtros ſuos ꝛc̄.
d A D limina.inno
tuit.i.notificauit
e ¶Cogente.idem eēt
abſqꝫ neceſſitate.ſꝫ tūc
ei pn̄ia imponēda eēt
ꝛ vrgentiſſima neceſſi
tas excuſat:de cō.di.i.
ſicut.nō tn̄ paṫ filiū in
neceſſitate cōfirmabit:
qꝛ illud ep̄ale eſt.
f ¶Dicente.s̄.di.xxvi.
deinde.
g ¶Neceſſitas.ſic.j.de
con.di.i.ſicut.j.xxxiiij
q.i.c.i.
h ¶Uixerit.ñ ergo qꝺ
pꝛius legitie factū ē,p
pter ſupuenieteꝫ cām i
fringi debet:ēt quāuis
res deuenerit ad eū ſta
tum a quo incipere nō
potuit:vt.s̄.di.lv.pꝛece
pta.
i ¶Auctes.ſ.quos deꝰ
cōiunxit hō nō ſepet:ꝛ
vbi diciṫ vxoꝛē nō eē
dimittendā niſi cā foꝛ
nicationis.
k O Omnes.hec tria
c.nō inducit.g.
niſi ut oñdat quot mo
dis dicaṫ filia ſpūalis.
l ¶Ut ꝛ ipi.nec notat
oīmodā ſimilitudineꝫ
niſi quo ad ipſū ſacer
dotē qui ſuſcipit in pēi
tentiā.filiꝰ eni eius bn̄
pōt ducē quaꝫ pr̄ rece
perit ad pn̄iaꝫ:non tn̄
quam immerſit i bapti
ſmo.multa eni attēdū
tur i baptiſmo q̄ nō at
tenduntꝫ in pn̄ia.ſi eni
te ſuſcipio ad pn̄iam:
nō ideo parētes tui mi
hi cōpatres ſunt:ꝛ per
baptiſmuꝫ plena fit re
miſſio nō aūt ꝑ pn̄iam
Si ergo laicuſ audiat
i neceſſitate peccata ali
cuiꝰ mulieris:non pōt
poſtea cū ea coñhere:
ar.hic.ſi tn̄ coñhat foꝛ
te tꝫ mr̄ionū.videṫ.n.
tm̄ hoc ſacerdoti ꝓhi
beri:cū eius tm̄ ſit offi
ciuꝫ audire peccata cō
fitentiū.Sed nunquid

D Ictū ꝰē nobis quaſdā feias
deſidioſe quaſdaꝫ uero frau
dulenter:ut a uiris ſuis ſeparētur
ꝓꝓꝛios filios coꝛam ep̄is ad ꝯfir
mandū tenuiſſe un̄ nos dignū du
ximus:ut ſiqua mulier filiū ſuū
deſidia aut fraude aliq̄ coꝛaꝫ ep̄o
tenuerit ad cōfirmādū ꝓpter fal
laciā ſuā aut ꝓpter fraudē:q̄ꝺdiu
uiuet pniamꜰagat:a uiro non tn̄
ſepareṫ. It̄ ē ex ꝯcilio magociē
ſi.c.x.i clauſtro ſācti albini hito.

**Separentur ꝛ graui pn̄ia plecten
tur:qui filiolam ſuam uel ſpiritu
alem matrem ducunt in uxoꝛem**

D E ͨeo qꝺ interrogaſtis:ſi ali
quis filiolā ſuā in uxoꝛem du
xerit:ꝛ de eo qui cū cōmatre ſpu
ali ꝯcubuit:ꝛ de eo qui filiū ſuum
baptizauit:ꝛ uxoꝛ eius eū de fon
te ſuſceperit hac cā:ut diſcidiū cō
iugij fieret:ſi poſtea in tali copula
tione poſſint ꝑmanere. De talibꝰ
ſic rn̄dēdum ē:ſi filiolā aut cōma
trē ſuam aliqs in cōiugiū duxerit
ſeparandos eē iudicamꝰ ꝛ graui
pn̄ia plectendos.ſi āt coniuges le
gitimi unus aut ambo ex iduſtria
fecerint:ut filiū ſuū de fonte ſuſ
ciperēt:ſi innupti permanere uo
luerint:bonū eſt.ſin autē grauis
pn̄ia inſidiatoꝛi iniungaṫ ꝛ ſimul
maneant.ꝛ ſi p̄uaricatoꝛ cōiugij
ſupuixerit:acerrima pn̄ia mulcte
tur:ꝛ ſine ſpe coniugij maneat.
It̄ eꝫ nicolaus papa rodulpho
bituriēſi epiſcopo.

**Non ſepareṫ ab uxoꝛibus:q fi
liaſtros ſuos coꝛā ep̄o tenent.**

D E his q filiaſtros ſuos ad cō
firmationē coꝛā ep̄is tenent
ideſt qui filios uxoꝛis ſue de uiro
pꝛioꝛi dū chꝛiſmanṫ ab ep̄is ſup
ſe ſuſtinēt.ſi inſcia ſicut aſſeris fi
at licet ſit peccatū:nō tamē uſqꝫ
ad ſepationē cōiugij puniēduꝫ ē
lugeāt tn̄ ꝛ digna pn̄ia hoc diluē
tes dn̄o dicant:delicta ignoꝛātie
noſtre ne memineris. It̄em io
hannes papa anſelmo lemoſine
eccleſie ep̄o.

**Non ſepeṫ ab uxoꝛe:q neceſſita
tis cauſa filiū ſuū baptizauit.**

A D limina beati petri apl̄oꝝ
ꝑncipis hic p̄ſens homo no
mine ſtephanꝰ oꝛonis cā ueniēs
noſtro p̄ſulatui ſuggerendo inno
tuit:ꝙ filiuꝫ ſuum in extremo ui
te ſue poſitū necdū baptiſmatis
unda lotuꝫ abſentia ſcilicet ſacer
dotū nimia neceſſitate cogēteͤ ba
ptizauit:eūqꝫ ipe pꝛopꝛijs mani
buſ retinēdo ſuſcepit:atqꝫ ꝑ huiꝰ
rei negocio noticie tue patefacto
reuerētia ſua quaſi rectitudinis
zelo flagrās p̄fatū hominē a ſua
cōiuge iudicauit eē ſepandū.qꝺ
fieri nullatenus debꝫ:dicēteͤ ſcri
ptura a dn̄o iūctā eē uiro uxoꝛeꝫ
ꝛ quos deus coniuxit:homo nō
ſeparet.unde ꝛ dn̄s in euangelio
non dimittere poſſe uxoꝛem ſuā
niſi caſu foꝛnicatōis apertiſſime
iubet:ꝛ nos tante auctoꝛitatis p̄
cipua freti iuſſione dicimꝰ dimit
tendum eſſe ꝛ inculpabile iudicā
duꝫ quod neceſſitasͬ intulit. Nā
hoc baptizandi opus laicis fideli
bus iuxta canonicaꝫ auctoꝛitatē
ſi neceſſe fuerit facere libere cōce
ditur.unde ſi ſupꝛadictꝰ genitoꝛ
filium ſuum coꝛpoꝛe moꝛienteꝫ
aſpiciens:ne animam perpetua
moꝛte pereuntem dimitteret:ſa
cri unda baptiſmatis lauit:ut eū
de poteſtate auctoꝛis moꝛtiſ ꝛ te
nebꝛarum eriperet:ꝛ in regnum
chꝛiſti iam regnaturum ſine dubi
tatione tranſmitteret:benefeciſſe
laudatur:ꝛ iccirco ſue uxoꝛi ſibi
iā legitime ſocietate ipune q̄ꝺdiu
uixeritͪ iudicamus manere coniū
ctum:nec ob hoc contra pꝛefatas
auctoꝛitatesͥ diuinas aliquatenꝰ
ſeparari debere. Filia dicitur
ſpiritualis non ſolum eius qui ac
cipit:ſed etiaꝫ eius qui trine mer
ſionis uocabulo eam ſacro bapti
ſmate tingit.dicitur etiaꝫ ſpiritu
alis filia ſacerdotis:que ei pecca
ta ſua confitetur:haruꝫ oīum fla
gitioſa coniunctio eſt ꝛ eadem pe
na plectēda. Unde ſymmachꝰ
papa ait.

**Par penitentia ei indicitur:qui
ſpiritualem filiam ꝛ penitētialeꝫ
ſuam uiolare monſtratur.**

O Omnes ͩquos in pn̄ia ſuſcipi
mus:ita ut noſtri ſūt ſpūales
filij:utͥ ꝛ ipi quos uel nobis ſuſci
pientibus uł ſub trine merſionis
uocabulo mergentibꝰ unda ſacri
baptiſmatis regenerauit. Silue
ſter quoqꝫ docēs admonet unuꝫ
quēqꝫ ſacerdotum ut nullus cau
ſa foꝛnicationis ad ſuam peniten
tialeꝫ accedat:quia ſcriptū ē:oēs
quos i pn̄ia accipimus ita filij no
ſtri ſunt:ut i baptiſmate ſuſcepti
quapꝛopter hoc zelus ſiquis per
petrauerit:nō ſolū dignitatis ho
noꝛem amittat:uerūetiā uſqꝫ ad
exitū uite ſue iugi pn̄ieᵐ ſe ſubdat
It̄ ē celeſtinus. De eodem.

S Iqsⁿ ſacerdos cū filia ſpūali
foꝛnicatus fuerit:ſciat ſe gra
ue adulteriuꝫ cōmiſiſſe. Jccirco
feia ſi laica ē:oīa ꝺreliquat:ꝛ res

ſacerdos oꝛte
taṫ audiet pec
cata vxoꝛi ſue
nō:qꝛ nec ipe
ei libē ꝯfitereṫ
ſi cōmiſit adul
teriū.Sꝫ obij
cio.tu dicis h̄
ꝙ in baptizan
do coñhiṫ cō
pr̄nitas ſꝫ mo
nachi ex offi
cio qn̄qꝫ ꝺbēt
baptizare ꝛ tn̄
nō pn̄t fieri cō
pr̄es:vt.xviij.
q.ij.peruenit.
Rn̄.pn̄t eē cō
patreſ baptizā
do ꝛ nō leuan
do.
m ¶Pn̄ie.i.in
terioꝛi:qꝛ con
tinua delictoꝝ
memoꝛia mul
tum opatur:ꝺ
ꝑeni.di.iij.iu
das.
n S Iqs.de
reliquat
nā,pſcribiṫ qſ
rebus ſuis rō
ne ꝺlicti.xxvij
q.i.ſiqs rapue
rit.vi.q.i.§.ve
rū.ꝛ ita eſt pꝛe
ceptum.

·o ❡Conuerſa .hoc ſimiliter p̄cepti ē:nō tñ erit monacha q̄ꝛ illud voluntatis ē:ſed tenebit̄ ibi rōne delicti.xx.q.i.ſicut . lꝫ gdaꝫ iſta velint intelligere de conſilio.
·p ❡Peregrinādo.ꝛ ita ſacerdos pōt agē publicā pñiam: de pe. di.vi.ſacerdos.qȯ cōcedo de depoſito ſine ſpe reſtitutionis .ſ. ꝙ publicā ꝛ ſolē nē agē poſſit: vt dixi.l.di.cō firmandū.licet alij dicāt coñ.

Non dꝫ.in cōſcientia. nō ē er/go.quis depo nendus niſi.p publico crimi ne qȯ i noticiā ppli deuenerit
·r ❡Xij.magis n. peccat ſacer dos cognoſcē do filiā ſpūalē q̄ꝫ vxorē alte rius:qꝛ ꝑ hac iponitur pñia xij.annorꝫ.p illa.x.vt. lxxx ij.di.pſbꝛ.

Q. II.

Spōſalia. Nec ē ſcda qō:vtꝝ ſ.inter infātes ꝯbi poſſu ſpō ſalia : ꝛ gdem non.j.e.c.i. cū eni infātia du rat vſqꝫ ad ſe ptenniū.C.de iure deli.ꝛſi in fanti. ꝛ etas il la neſcit gd vi deat:vt.C. de fal.mona.l.i.ꝛ cū ifantes ad huc cōſentire ñ poſſint: ſpō ſalia nō cōtra hunt:que ſine cōſenſu coñbi non poſſunt:ex̄ de deſpon.impu.ac ceſſit.ff.de ſpon.in ſponſalibus.niſi ꝓximi ſint ſeptēnio:ita ꝙ ſint capaces intelligentie:Ad mrīmoniū aūt coñbēdū tria exiguntur cōſenſus:ꝛ ꝙ ſit pubes:ꝛ ad coeundūꝫ potens:ar.xxxiij.q.i.c.i. nā nō pōt videri nupta q̄ virum pati nō pōt.ff.qñ dies le.cedat.l. vlti.ſi tñ ꝛ añ etatē illā coire poſſunt:teneret mrīmoniū:ar p̄dicte l.ꝛ ex̄ de deſpon.impu.puberes.ꝛ.c.de illis.

Ubi.hoc.ꝛ.c. de matrimonio ꝛ de ſponſalib⁹ intelligi pōt ſm quod de ſponſalib⁹ dic coniugium.i.ꝓmiſſio futuri cō iugij.j.e.q.v.noſtrates.
·c ❡Nihil.ſed pone ꝙ parentes iurauerūt : ꝙ filios ꝛ filias dent nuptui adinuicē:nūquid potuerint ſe obligare.ad alienū factū cū alienū factū poſſit nēo ꝓmittē:Itē nūgd ſūt ꝑiuri ſi filij nō ꝯhūt Rñ.i mrīmonio ſpāle ē qȯ alienū factū pōt ꝓmitti nec ſūt rei ꝑiu ri:lꝫ filij nō ꝯhant:dūmō parētes dēt operā quā poſſūt:vt.j.xxxi q.iij.ſiq parentes. vel pōt dici ꝙ intelligunt̄ ꝓmiſiſſe ꝙ darēt ope rā vt fieret:vt.ff.de vbo.obli.quotiēs.ꝛ in.l.illa inter ſtipulanteꝫ Itē hic eſt ſpāle ꝙ alteri poſſum⁹ paciſci:vt ex̄ qui cle.vel vo. ve/ niēs.Itē ſi parentes apponūt penā ꝯctui ſpōſaliū peti nō pōt pe na:qꝛ mrīmonia nō pñt aſtringi vinculo pene:vt.ff.de vbo. obli. ticia.Dubitari cōſueuit:ecce aliq coñxerūt ſpōſalia de futuro vo lūt ſe mutuo cōſēſu abſoluere:q̄rit̄ an poſſint.h.dicit ꝙ nō:ꝛ ē ar.

ſuas pauperib⁹ tradat:ꝛ cōuerſa in monaſterio deo uſqꝫ ad moꝛtē ſuiat. Sacerdos āt qui malū exē plū dedit hominibus:ab oī officio d̄ ponatur:ꝛ ꝑeginando.xij. ānis peniteat.poſtea uō ad monaſteri um uadat.ibiqꝫ cūctis dieb⁹ uite ſue deo ſuiat. ITē. De eodē.

Non dꝫ eps aut pſbr cōmiſce ri cū mulieribus:q̄ ei ſua fue rint ꝯfeſſe peccata.ſi foꝛte qȯ ab ſit hoc ꝯtigerit:ſic peniteat :quō d̄ filia ſpūali:eps.xv.ānos:pſbr xij.ꝛ deponātur:tñ ſi in ꝯſcia po puli deuenerit. His itaqꝫ aucto ritatibus apparꝫ:ꝙ ſiue ꝓpꝛium ſine tñmō uiri filiū mlier d̄ ſacro fōte ſuſceperit:nō iō a uiro ſuo ē ſepāda:qȯ d̄ uiro ſuo filr oꝫ itelli

Sponſalia añ ſeptēniū ꝯtrahi non poſſūt ſolo eni ꝯſēſu ꝯtrahūtur.q intuenire ñ pōt:niſi ab alterutra parte id itelligat̄ quod inter eos agit̄.pꝛobatur ergo ſpō ſalia nō poſſe ꝯtrahi iter pueros quoꝝ etatis ifirmitas cōſenſum non admittit. Teſtat̄ hoc idem nicola⁹ papa dicēs. Ante tp⁹ conſentiendi coniugium contra hi non poteſt.

Ubi nō ē ꝯſēſus vtriuſqꝫ: nō eſt ꝯiugiū.ergo q pueris dāt puellas in cunabulis ꝛ econuerſo nihil faciunt:niſi uterqꝫ puerorū poſtq̄ꝫ uenerit ad tp̄s diſcretionis ꝯſentiat:nec ē cōiugiū niſi ſit cō ſenſus utriuſqꝫ:ēt ſi pater ꝛ mat̄ hoc uoluerint ꝛ fecerint.

Quod aūt ſpūales ul' adoptiui filij naturalibus copulari non poſſint. Nicolaus papa reſpō dens ad conſulta bulgaroꝛum te ſtatur ita dicens.

Qui de ſacro fonte ſuſcipit̄: fili⁹ eſt ejus:a quo ſuſcipit̄.

Ita diligē debꝫ hō eū q ſuſce pit ip̄m de ſacro fōte ſicut pa trē. Itē ē int̄ fratres ꝛ filios ſpū ales gratuita ꝛ ſācta cōio:q̄ dicen da nō ē ꝯſanguinitas: ſꝫ habēda ſpūalis ꝓximitas . unde int̄ eos arbitroꝛ ñ poſſe fieri qōlibꝫ lega le cōiugiū : qñ gdē nec inter eos q natura ꝛ eos q adoptōe filij ſūt uenerāde romāe leges mrīmōia ꝯtrahi ꝑmittūt. Itē ſi int̄ eos nō ꝯtrahit̄ mrīmoniū quos adoptō iungit:q̄ꝫto poti⁹ a carnali oꝫ int̄ ſe ꝯtubernio ceſſare illos quos ꝑ celeſte ſacramentum regeneratio ſancti ſp̄s uicit. lōge inqt ergo cō gruenti⁹ fili⁹ p̄ris mei ul' frat̄ me⁹ appellat̄ is:quē diuina grā poti⁹ q̄ꝫ humana uoluntas.ut fili⁹ p̄ris uei uel frater meus eſſet: elegit: pꝛudētiuſqꝫ ab alterna coꝛpoꝛis cōmixtōne ſecernimur. ITē zacharias eps ſeruus ſeruoꝝ dei re uerendiſſimo ꝛ ſacratiſſimo theo doꝛo epiſcopo eccleſie ticinenſis.

xxxi.q.vi.c.vnico.Alij dicūt ꝙ ēt ſi iurauerūt pñt ſe abſoluē:vt ex̄ de ſpō. p̄terea.Sꝫ.h dicit alexādrū ibi mgr̄aliter poti⁹ q̄ꝫ papalit̄ rñdiſſe.
d ❡Conſentiat.ar.ꝙ ſequēs ratihitio cōfirmat p̄us factū inualidū:ex̄ de iu re pa.cura paſtoꝛalis.xvi.q.i.qm̄ gcgd.ſꝫ eſto ꝙ aliq añ.vij.annū coñhāt ſpōſalia poſt ſeptēniū nō coñdicūt nec ēt exp̄ſſe cōſentiūt:nungd ſūt ſpō ſalia cōfirmata: vel po ne ꝙ aliq añ puberes annos coñxerūt ſpon ſalia p⁹ pubertatē non coñdicūt nec etiā exp̄ſ ſe conſentiūt:nunquid

Q. III.

ſunt ſponſalia cōfirma ta ꝑ talē taciturnitateꝫ videt̄ ꝙ adhuc ingren dū ſit ab eis:an ꝑdurēt in pꝛioꝛi cōſenſu.xx. q i.illud.ꝛ. xxviij. di. de his.eꝯ videt̄ ſufficē ꝙ non coñdicāt: vt ex̄ de deſpon. impu. de illis. ꝛ.c. lr̄as.ꝛ. c. acceſſit. dico ꝙ ſi ſimul habitāt ꝛ nō coñdicūt p⁹ etateꝫ legitimā mrīmoniū eſt cōfirmatū:vt.ff.de ritu nup.minoꝛē.ſec⁹ ſi ſeoꝛ ſū habitāt : ex̄ d̄ d̄ſpō. impu.atteſtationes.

Quod autem. Ad intelligē tiam hui⁹ qō nis nō ꝙ triplex eſt co gnatio . carnal' de qua agit̄.j.xxxv.ca. legalis ꝛ ſpūalis de qbus hic agit̄.cognatio ſpūalis coñhit̄ ꝑ dona baptiſ mi ſm qȯ dixi.ſ.e. q.i. c.i.ꝛ talis cognatio di/ uidit̄ in p̄rnitatē ꝛ filia tionem ꝛ fraternitatē.ꝛ ſoꝛoꝛitatē:ſed non ꝓce dit vlterius.ſ. ad nepo tes:qꝛ aliqs fit p̄r ꝛ fili us vl' frat̄ vl' ſoꝛoꝛ ſpiri tualis ſꝫ nullus fit ne pos ſpiritual'. Spūal' itaqꝫ filia nō pōt copu lari filio carnali cū illi int int̄ ſe ſpūales fr̄es:vt hic in.c.i. Legalis cognatio ē q̄ fit ꝑ arrogatio nē vel ꝑ adoptionem.Dicimur aūt arrogare illū q ſui iuris ē: ꝛ per arro gationeꝫ trāſit in nr̄am ptātē.adoptare dicimur illū q ē in alterius ptāte ꝛ nō trāſit in noſtrā ptātē.ꝛ fit arrogatio auctoꝛitate p̄ncipis.adoptio aūt ꝑ quēlibet magiſtratū:vt inſti.de adop.§.ij.ꝛ.iij.Filij autē naturales nō pñt copulari filijs adoptiuis:vt.j.c.i.Sed de filijs ſpūalibus nō eſt ꝓhi bitum gn poſſint copulari filijs adoptiuis.ſed hoc ſcias ꝙ inter collatera les ut inter fratrē naturalē ꝛ ſoꝛoꝛem adoptiuā nō impedit̄ mrīmonium niſi q̄ꝫdiu durat adoptio:ut ex̄ de cog.legali ſiqua. ſed inter aſcendentes ꝛ deſcendentes perpetuo īpedit̄ mrīmoniū:licet ſoluat̄ adoptio:vt.ff.d̄ ritu nup.quin etiam.idem pōt dici ꝙ filius q adoptatur non dico arroga tur poſſit copulari filie naturali:cum adoptatus non tranſeat in poteſtatē adoptantis:vt inſti.de adop.§.ij.Itē pōt dici ꝙ filius illegitimus nō pōt copulari.filie adoptiue:qꝛ illegitim⁹ nō eſt in poteſtate patris:vt inſti.de nup.§.vlt.licet illegitimus nō poſſit copulari filie ſpirituali.alij dicunt ꝙ nec arrogatus nec adoptatus pōt copulari naturalib⁹:quia licꝫ adoptat⁹ non trāſeat in ptātem adoptātis.acqrunt̄ tñ ei q̄dā iura ex adoptōe:q̄ diſ ſoluunt̄ ꝑ emancipationem:vt.C.de adop.l.penul.§.penult.
f ❡Ita.vnde inter eos.hoc vltra filiū non ꝓtenditur .nepos eniꝫ me⁹ ꝛ frater cum filia mea ſpūali bene coñhūt:ar.inſti de nup.§.ei⁹ vo mulieris .ꝛ quia nuſq̄ꝫ pꝛohibentur.
·g ❡Qñ qdē hec nō eſt bona rō:qꝛ leges nō ꝑmittunt ꝛc.qñqꝫ enim leges

ꝓhibēt mr̄imoniū nec tñ canones: vt inter tutorē ꝛ pupillā ꝛ inter ſenatorē ꝛ libertā. ff. de ſpon. tutor. ꝛ leges ꝓhibēt acholytos nō tñ canones. xv q. iij. §. cum autem.

b Pitatiū. a petendo: ꝛ dr̄ charta ꝯtinēs petitionem alicuius.

Sororis. ar. ꝙ in primo vl' in ſecūdo gradu dn̄s papa ēt ſi velit nō poſſit diſpenſare: q2 a naturali iure hūit initiū: ꝛ in ve. te. fuit ꝓhibitū ne qs ſororē i vxorē acciperet: q2 lȝ de ſola ſorore dixit: tñ ſb appellatōne ſororis ꝯtinetur neptis: ar. xxij. q. ij q̄ritur cur pr̄iarcha. de tertio gradu nō fuit ꝓhibitū: q2 in eo diſpenſauit grego. vt. xxxv. q iij. quidam. Alij intelligunt: ꝙ fuerit ꝓhibitio facta tm̄ de primo gradu: q2 i ſecundo gradu vt dicūt cōiungūť: ſed i leuitico expreſſe inuenitur ꝓhibitus ſecūd⁹ grad⁹ in cōſanguinitate ꝛ affinitate primi generis. ibi dicit' turpitudinē ſororis tue ꝛ filie eius nō reuelabis: filiā filie ei⁹ nō ſumes: quia vna caro ſunt. turpitudinē filie tue vl' neptis ex filia nō reuelabis. ſȝ obuiat ex̄ de diuor. gaudemus. ubi dr̄ ꝙ ſi pagani cōtraxerūt in ſecūdo gradu poſt cōuerſionē nō ſūt ſeparandi. ſed dic ꝙ in leuitico ꝓhibetur ſecundus grad⁹ in deſcēdentib⁹ nō in collateralibus. vn̄ in ſecūdo collaterali bene pōt papa diſpenſare. videť tñ ꝙ ſit ei ꝓhibitū. xxij q. ij. querit'. ſȝ ibi ē ar. ꝯ q2 ipſe duxerat eā ſȝ adhuc obſtat: ex̄ de reſti. ſpo. lr̄as. vbi dicit' ꝙ papa nō pōt diſpenſare i ſecūdo gradu. ſȝ dic ꝙ nō pōt ita de facili.

k Multo magis. i. multo ſanctius: q2 religioſiores ſunt copule mentiū q̄ȝ corpoꝝ: ar. xxvij. q ij. cōiuges. xxxiij q. v. ꝙ deo. Et ē ar. ꝙ pr̄ ſpūalis eſt magis diligēdus q̄ȝ carnalis ij. q. vij. qualiſ ſnia. ſed ſupiori. c. dr̄ ꝙ eque. ſȝ illud non remouet gn plus. cui ergo potius teneor ſubuenire in neceſſitate carnali i beneficioꝝ tpaliū exhibitōe nā de carnali ē dictum honora pr̄eȝ: in exhibitione autem reuerentie plus deferendū ē ſpūali: nō credo nec. c. ꝯ dicit.

l Non or. i diuina. i. eccleſiaſtica cōſtitutōe: ar. iij. q. v. quia.

m Filij. p̄ter iſtū p quē cōpatnitas ē cōtcta vl' fraternitas ſpūalis.

n Unde vrbanus. iſtū p̄ceſſit paſcalis: ar. i. q. ij. ſaluator. ꝛ ex̄ de ſpō. duo

## Filia ſpiritualis carnali filio nullo modo nubere poteſt.

Pitatiū[b] quod nobis tua ueneranda fraternitas obtulit ſuſcepimus: per qđ ſciſcitari uoluiſti: ſiliceat filio cuius pater alterius filiā ex ſacro baptiſmate ſuſceperit: ſuſceptā. i. ſpūalem eius patris filiā qđ dici crudele ē i matrimoio ſuſcipe. qđ apud te enormiter aſſeruiſti cōtigiſſe. Sed bene tua ſancta fraternitas compertū hȝ: qđ domin⁹ p̄cepit moyſi dicēs turpitudinem patris tui uel matris uel ſororis nō reuelabis. turpitudo eni tua eſt. cum ergo a ꝓpria cōſāginitate iubemur abſtinere: multō[k] magis a ſpirituali noſtri patris filia omni excuſatione aut argumento ſepoſito ſub nimia diſtrictione nos cauere conuenit: ne in iram diuine examinationis incidat: ſiquis tali facinore mixtus minime reſtrixerit frena luxurie. unde etiam omnes cauēdi ſunt a tali ſceleris cōmixtione ne in perpetuum ꝑeant. ſed hunc qui auctor huius ꝑnicioſe temeritatis anime ſue ſalutē deſpiciens impio ſe miſcuit matrimonio: per omnia tua fraternitas ſtudeat ſeparare: ꝛ penitētie digne ſubmittere: quatenus ab eterna erutam damnatione animā ei⁹ lucreris.

Item zacharias ꝛ deuſdedit.

## Filio ſuo quā de ſacro fōte ſuſceperit nullus tradere audeat.

Non[l] oportet filiā ſuā quā de ſacro fonte ſuſceperit: aliqñ filio ſuo in matrimoniū tradere: quia in diuina ſententia germani cē iueniūť. ſiquis tali facinore cōmixtus minime reſtrixerit frena luxurie: ab eccl'a catholica abominabitur. ſed ſi cōuerſus fuerit p⁹ ſeparationem. vij. annis penitentiam gerat. conſcijs ſimul cū auctore ſit iſta conditio. i. ſimul cū cooperatoribus ꝛ conſentientibus peniteat. Filij[m] uero ſiue filie que ante cōpaternitatem ſiue poſt nati fuerint: licite cōiūgi poſſunt. Unde[n] urbanus ſcribit uitali presbytero brixienſi dicens.

lȝ preter ſolitū. qđ eſt verū de primo: ſed ſequēs. c. attribuitur paſcali. ij. q ſm chronicā ſucceſſit vrbano.

o Super his qbus. feia. j. de cōſe. di. iiij. mulier. ꝯ. ſed hoc i neceſſitate intelligitur.

p Poſt ſuſceptum. ſi intelligimus. c. hoc ꝓut alexander inuit ex̄ de cog. ſpi c. i. vt. ſ. dero. geť ei per p̄cedens: legas litteram ꝓut iacȝ vl' ſi uis potes addere in lr̄a non pn̄t ꝯiungi ſupple filijs ſpūalib⁹: ꝛ ſic nō ē correctuȝ ꝛ male intellexit alexander hoc. c. nam dicit. c. vrbani eē poſteri⁹. ꝛ ita derogare alij c. paſcalis. cū tñ vrbanus paſcalē p̄ceſſerit. ſed dici pōt ꝙ hec lr̄a ē mendoſa vbi dicit paſcalis ſecund⁹. nā dȝ dici ibi paſcalis p̄mus. nā p̄m⁹ paſcalis p̄ceſſit vrbanū 2[m] vn̄ nihil ē i lr̄a ſupplendū. ꝛ ē hoc abrogatū ꝛ intelligiť ꝓut ſonat: ꝛ huic iuri antiquo initiť illa cōſuetudo. ex̄ de cog. ſpi. ſuper eo.

q Emancipatos. nā filius emācipat⁹ hn̄ pōt copulari filio adoptiuo ff. de ritu nup. p adop. ꝛ emācipato. ſ. adoptiuus copulari pōt.

r Illud. ſ. filiā. ſ. cōmr̄is poſſe ducere in vxorē

s Diffinim⁹ immo poſtea diffiniuit: ꝛ ita in re dubia certa fertur ſnia vbi de iure dubitať.

t Filiaȝ. hic videť ꝙ pr̄ ſpiritualis pōt copulari ſorori filie ſpūal': ſimiliť ꝛ filie pōt: q2 talis cognatio nō extendiť. ſiliť dico: ꝙ pr̄ pōt ſumē filiā ſpūalē filij carnalis lȝ enīȝ cognatio ſpūal' deſcēdat de pr̄e ad filios: nō tū de filio ad pr̄em

n Fortuito. idem ſi ex propoſito.

## Filij uel filie ante ul' poſt cōpr̄nitatē genite legitime cōiungi pn̄t.

Super[o] his quibus conſuluit nos tua dilectio: hoc uidetur nobis ex ſententia reſpondendū ut ꝛ baptiſmus ſit ſi inſtante neceſſitate feia puerū in noie trinitatis baptizauerit: ꝛ quod ſpiritualiū parentuȝ filij uel filie ante uel poſt cōpaternitatē genite poſſūt legitime cōiūgi: preter illā ꝑſonā qua cōpatres ſūt effecti. Paſcalis uero ſecundus poſt cōpaternitatem genitos copulari ꝓhibens ſcribit rhegino epiſcopo.

## Qui ex compr̄e ul' cōmatre poſt ſuſceptos filios de fonte nati fuerint: coniungi nō poſſunt.

Poſt[p] ſuſceptuȝ uero de fonte filiū uel filiā ſpiritualem qui ex compatre uel commatre nati fuerit: mr̄imonio cōiūgi non pn̄t quia leges ſeculi nō emācipatos[q] adoptiuis prohibent copulari.

Idem ex libro digeſtoꝝ ti. de ritu nuptiaꝝ perpenditur in quo ita legitur. Palea.

Per adoptōnē queſita fraternitas couſqȝ ipedit nuptias donec manet adoptio. Ideoqȝ eam quā pater meus adoptauit ꝛ emancipauit: potero uxorē ducere: ꝛ ſi me emācipato illā in ptāte retinuerit: poterim⁹ iungi mr̄imonio. Itaqȝ uolenti generum adoptare ſuadetur: ut filiaȝ emācipet. Similiter ſuadetur ei ut' q uelit nurum adoptare emācipet filium. Siqs uero aliquo fortuito caſu filiam ſue commatris uxorē acceperit: ñ cogiť eā dimittere. Unō i triburiēſi ꝯci. legiť

## Non cogiť quis dimittē filiam ſue cōmr̄is quā duxit in cōiugiū

Illud[r] etiā nec canonica inſtitutōe diffinimus[s]: nec interdictione aliqua refutam⁹: ſȝ ꝓpt' eos qui diuerſe de eo ſentiūt hoc loco aliquid commemoramus. Siquis ſue ſpūalis cōmatris filiam[t] fortuitō[n] ꝛ ita contingente rerum caſu in coniugium duxerit:

ꝯſilio maturiozi ꝑuato hēat atq₃ hoēſte legitimo ꝯiugio opa₃ det

Relictā[a] uero cōpr̄is ux oris ſue nullus in cōiu giū ducere pōt. Unde Nicola⁹ papa ſcribit con ſtantiēſi epiſcopo ſalomoni.

Duas cōmatres alicui hr̄e nō l₃

Sciſcitatur[b] a nobis ſāctitas ueſtra: ſi aliqs hō duas com matres hr̄e ualeat unā p⁹ alterā i quo memiſſe d₃ ſcriptū eē: erūt duo in carne una. Itaq₃ cū ꝯſtat qa uir et mulier una caro ꝑ cōnu biū efficiūtur: reſtat nimi₃ uirū ꝯpatrē ꝯſtitui illi mulieri: cuius mr̄imonio aſſūpta uxoꝛ cōmater eē uidebatur. Et iccirco liquet ui rū illi feīe ñ poſſe ꝯiungi i copulā q̄ cōmater eius erat: cū qua idem fuerat una caro effectus. Item ex concilio chalcedonenſi.

Octo annis peniteat: qui duab⁹ commiſcetur commatribus.

Si pater ⁊ fili⁹ aut duo fr̄es cū una muliere: aut ſi cū ma tre ⁊ filia aut cū duab⁹ ſoꝛoꝛibus aut cū duab⁹ ꝯmatrib⁹ aliqs concu buerit: ſcḋm ātiquā ⁊ humaioꝛē dif finitionē: viij ānis pēitat. Item inocēti⁹ exuperio toł. epiſcopo.

Null⁹ duab⁹ ꝯmatrib⁹ cōmiſceat.

Siqs[c] unus ex ꝯiugio filium aut filiā alteri⁹ de ſacro fōte ſuſcepit aut ad chriſma tenuerit ł chꝛiſtiaitatis[e] myſteriū dederit ābo ⁊ uir ⁊ uxoꝛ ꝯpr̄es[f] exiſtunt parentib⁹ ifantis: q₂ uir ⁊ mulier caro una effecti ſūt. E contrario iucitur i ꝯcilio triburieñ. c. xlviij

Uxorē ꝯpatris ducere poteſt cū ipſa ꝯmater non affuerat.

Qui[g] ſpualē h₃ ꝯpr̄em: cuius filiū de lauacro ſacri fōtis ac cepit: ⁊ eius uxoꝛ ꝯmater nō eſt: liceat ei defūcto ꝯpr̄e ſuo ei⁹ uidu am ducere in uxoꝛē: ſi nullam h₃ ꝯſaguinitatis ꝓpiquitatē. qḋ eni nūqḋ non pñt ꝯiūgi quos nulla ꝓpinquitas carnalis uel nulla ge neratio ſecernit ſpirituał? Item ex epł̄a paſcał pape. ij. ad rhegi nū epiſcopum. De eodem.

Poſt[i] uxoꝛis obitū cum cōma tre uxoꝛis uiri ſuperſtitis cō iugio copulari nulla uidet̄ aucto ritas uel rō ꝓhibere. neq₃ eni₃ co gnationi carnis cognatio[k] ſpirit⁹ ꝯparat̄[l]: neq₃ p[m] unionē cānis ad[n] unionē ſp̄s ꝑtrāſit. Notandū[o] uero ē: q̄ aliud ē cōmr̄e₃ alicuius cognoſcē: atq₃ aliud derelictā ab aliquo cōmr̄em alicuius fieri. au ctoꝛitas illa nicolai pape ⁊ chalce donēſis ſynodi illū ꝓhibet cōma tris ſue uxoꝛis mr̄imonio copula ri: qui uxoꝛi ſue debitū reddidit: poſtq̄₃ illi⁹ cōmr̄ extitit. Illa uēo auc̄tas triburiēſis[p] cōcilij illos ꝑ mittit mr̄imonio copulari: cuius uxoꝛi poſt q̄₃ a uiro ſuo derelinq̄t illi⁹ cōmater efficit̄: nec p⁹ cōpr̄ni tatē a uiro ſuo cognoſcit̄. Queri tur aūt an uxoꝛ cū marito in ba ptiſmate ſimul debeat ſuſcipe pu erū. De his ita ſcribit urbanus ſecūdus uitali ep̄o bꝛixienſi.

Uxoꝛ ſimul cū uiro filiū alicuius in baptiſmate nō ſit ſuſcipiens.

Quod[q] aūt uxoꝛ cū marito in baptiſmate ſił nō debeat ſuſ cipere puerū: nulla auc̄te reperit̄

---

Relictā. Hec eſt quarta queſtio an qs poſſit accipe i uxo rē relictā cōpr̄is ſue vxoꝛis: ⁊ l₃ ſub hac foꝛma vboꝝ h̄ q̄ſtio ꝓponat̄ hic dūtaxat. tñ videt̄ hic poni. q. an. ſ. ali qs diuerſis tp̄ibus poſſit cōhere cū duab⁹ cōmr̄ib⁹. i tu ib⁹ p̄mis capitulis ⁊ i vltimo dr̄ q̄ nō: i mediis q̄ ſic. g. hoc mō ſoluit q̄ōnē hanc. j. e. §. notandum. q₂ ſi vxoꝛ mea ſuſcipit berte filium de fōte: ſi p⁹ carnalr̄ vxo rē meā cognoſco: tunc berta efficit̄ mihi cōmater: ⁊ nūq̄₃ eā ducere potero: vt. c. i. ⁊ vlti. ſi vxorē nō cognouēo: tūc berta nō efficitur mihi cōmr̄ ⁊ moꝛtua vxore mea potero eā ducē: ⁊ ita hēbo duas cōmatres diuerſis tp̄ib⁹: vt. c. medijs. ſ₃ hec ſolutio idigna ē relatu: ⁊ iō ñ legam⁹. c. ſcḋm eā. cācellata ergo ea opinione ⁊ R. ⁊ io. q diſtinxerūt int̄ directā ⁊ indirectā cōpr̄nitatē cū nō ſit auctēticā: dico referre an cōpatr̄nitas vł cōmatr̄nitas p̄cedat carnalē copulā an ſequat̄. ſi p̄cedat licite pōt habē duas cōmr̄es: q₂ ꝑ vnionē carnis ſequētē non ꝑtrāſit̄ ad vnionē ſp̄s p̄cedentē: vt. j. c. poſt vxoꝛis. ſi autē ſequat̄: aut alt̄ cōiugium vel vterq₃ ſuſcepit filium alterius: aut filius eoꝝ cōis ſuſcipitur ab alio: aut filius alterius eoꝝ tñ ſuſcipit̄. In pꝛimo ⁊ ſecūdo cāu non pōt qs habē duas cōmatres. in tertio pōt: q₂ lic₃ efficiat̄ aliqs cōpater vxoꝛis mee: nō tñ ē mihi cōpatr̄ niſi fili⁹ ei⁹ ſit ⁊ me⁹ q leuat̄ de ſacro fonte vñ breuit̄ teneas: q̄ ſi cōpatr̄nitas ſequat̄ carnalē copulā: in nullo cāu pōt aliqs hr̄e duas cōmatres vł aliqua duos cōpr̄es: niſi in h̄ ſolo caſu: qñ filius tñ alterius ſuſcipit̄ de ſacro fonte.

·b Sciſcitatur. per cōnubium. i. per carnalem copula₃: vt. xxviij q. ij. agathoſa.

·c Si pr̄. viij. ſeptēnis pñia indicit̄ ꝓ quolibet moꝛtali: vt. xxx ij. q. i. hoc ip̄m. niſi aliud ſuadeat criminis enoꝛmitas: vel dignitas pſone: vt. xxxiij. q. ij. §. hoc autem.

·d Siquis ex coniugio. i. ex coniugibus.

·e Chꝛiſtianitatis. imergendo. ō. i. q. i. q̄ quidam. Alij exponunt dederit chꝛiſtianitatis myſteriū. i. tenuerit ad cathecīſmū vt de con. di. iiij. in cathecīſmo.

·f Cōpr̄es. expſſe hic colligit̄: cū alt̄ cōiugū ſuſcipit filiū alieni⁹ ſtatim ambo cōiuges efficiūt̄ cōpr̄es illi⁹. ergo nihil refert an poſt carnaliter miſcerent̄ vł nō, put voluit dicere. g. ⁊ io. j. e. §. notandū.

·g Caro. ꝑ ſpōſā de p̄nti ñ acqrit̄ cōpr̄nitas ḡ. cū canō hoc ponat ꝓ rōne q₂ ſunt vna caro effecti. Item ſi hec ē cā quare cōhat̄ cōpatr̄nitas q₂ vna caro eſt effectus cū ea: ergo ꝑ coitū foꝛnicariū ꝯhit̄ cōpr̄nitas: q₂ q adheret meretrici vnū coꝛp⁹ efficit̄ cū ea: vt. xxij. q. iiij. in eo. nā ⁊ affinitas acqrit̄ per coitū foꝛnicariū: vt. xxxv. q. iij. de inceſtis. ⁊. c. nō eā. ex̄ de eo q cog. cōſang. diſcretionē. qdā tñ refugiunt dicere: q̄ ꝑ foꝛnicariū coitū ꝯhat̄ cōpatr̄nitas: cū cōpatr̄nitas ſit vinculū ſpūale.

